



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Venetijs cum socijs agit. 104

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Antistite, & Pontificis legato, de-
 mum Purpuratorum Patrū Col-
 legium cooptauit. Interim donec
 Socij eodem cogherentur, institit
 IGNATIVS viros sibi doctos piof-
 que adiungere: atque primariis
 eius Reipub. senatoribus se infi-
 nuare: quibus ad virtutem docu-
 menta relinqueret. Eo effecit, vt
 breui apud plerosque omnes gra-
 tissimi nominis memoriam con-
 sequeretur.

104 Septimus & trigessimus añus,
 vltra millesimum quingentesi-
 mum cæperat, cū ante VI. Idus
 Ianuar. expectati ad IGNATIVM
 socij peruenēre: incommodo an-
 ni tempore vsi: simul vię maligni-
 tate, simul longinquitate exerciti.
 Ad primum adspectum omnes in
 complexus mutuos iēre, suauis-
 simo sensu delibuti: ac mox in æ-
 des hospitales alij alias dimissi,
 sui in pauperū obsequiis experi-
 undi:

un
 na
 Ea
 cu
 gr
 di
 tu
 id
 Ro
 III
 mi
 læt
 de
 Ve
 Ign
 na
 fac
 po
 pa
 tun
 qu
 stin
 an
 cra

undi: tantisper, dum dies Roma-
 nae profectio*n*i cōstitueretur. 105
 Ea vbi appetiit, accinxerunt sese,
 cum extrema rursus inopia con-
 gressuri. Nam pedestris itineris
 difficultas, tum quærenda stipe,
 tum perpetuo ieiunio (vernum
 id erat) haud modicè crescebat.
 Romæ apud Pontificem Paulum
 III. orata in Palæstinam trans-
 mittendi copia, eaque data: cum
 lætis apprecationibus digressi,
 denuo inter vltimam egestatem
 Venetias reuertuntur: vbi eos
 IGNATIVS opperiebatur. Hic ad
 naralem B. Baptistæ Sacerdotes
 facti, qui nondum fuerāt, & cor-
 poris prius castimoniam, vitæq,
 paupertatem, votis apud Lega-
 tum Pontificium professi. Sed
 quòd nulla id temporis, in Palæ-
 stinam navis soluebat, coguntur
 anni spatium morari, pro vt sa-
 cramento receperant: illud ne